

Matthias Stein

**Matthias Stein/ J.U.D. ... Ad Exeqvias ... Annæ Reginae Nativitate Sahmiæ, Abs  
Viduo Moestissimo ... Domino Joachimo Henrico Sibrando. Jct. Et Moral. Prof.  
Publ. Ord. ... Paratas Cives Academiae omnes singulosq[ue] Hocce Programmate  
... invitat**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1704]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770333206>


Druck Freier  Zugang




Stein, M.,  
in  
**A. Reg. Sahm,**  
uxor. J. H. Sibrand.

Rost.(1704.)

21.







MATTHIAS SEISSER

J. U. D. & COD. P. P. ORD.

ACADEMIÆ PATRIÆ

HODIE

RECTOR,

AD

EXEQVIAS

FOEMINÆ NOBILISSIMÆ OMNIBUSq; VIRTUTIBUS  
MAXIME CONSPICUÆ,

ANNÆ REGINÆ

Nativitate SAHMIAE,

ABS VIDUO MOESTISSIMO,

NOBILISS. AMPLISS. ac EXCELLENTISS.

DOMINO

JOACHIMO HENRICO

SIBRANDO.



ET MORAL. PROF. PUBL. ORD. CELEBERR.  
PARATAS

Cives Academia omnes singulosq;

HOCCE PROGRAMMATE

STUDIOSISSIME ET PERAMANTER

INVITATOS VULT.

Rostochi, Typis JOH. WEPPLINGII, SER. PR. & Acad. Typogr.



Vanta in univ<sup>er</sup>sum genus hu-  
manum mortis sit efficacia, CI-  
VES ACADEMICI! Vobis  
exponere si sumere mihi vellē,  
nilquidquam aliud conari haud  
injuriā viderer, quam si soli  
meridiano tempore calenti lu-  
men, vel aquam Oceano affun-  
dere ausus fuisset. Docet  
ejus universalitatem Sacer Scri-

pturæ Codex, quando Rom. V. 12. *in omnes homines  
mors pervasisse dicitur*: quamobrem & de viventibus  
omnibus singulisque, *iplos scire se morituros esse*, sapi-  
entissimus ille, non Judæorum solū, sed omnium  
omninò Regum Eccles. IX. 5. scribere nullus dubitavit.  
Adeo quisquis naturali modo abs hominibus progeni-  
tus de privilegio exemptionis à morte gratulari sibi ne-  
mo potest. Non quidem ignoro, legi Henochum  
Eliamq; vivos in cœlum sublatos, quibus & Virginem  
Deiparam annumerari Pontificii volunt: ast, sicuti de  
hac Scripturarum paginæ ubiq; tacent, nec istiusmodi  
miracula fingere nobis licet, unde, quod in Ecclesiâ

Papi-

Papisticā celebrari sivevit, Festum Ascensionis Mariæ nil nisi merā superstitionem reputamus; ita, quantum ad istos, eorum in cœlū translatio planè peculiaris fuit & extraordinaria. Nec naturaliter futurum quisquam dicet, quando, quos extremus mundi dies vivos deprehendet, morituri non sunt. Nam hic quoque supra constitutum naturæ ordinem Deum esse acturum, extra omne dubium positum omninò est. Et licet illi mortem non persentiant ipsam, teste tamen Apostolo, i. Cor. XV. 51. immutationem morti analogam subituri sunt, cetera non ab immortalitate penitus excepti, qui morituri certè essent, si ultimus hujus seculi dies imminensq; novissimum judicium mortem, alioquin subeundam, non anticiparent. Horum igitur exempla universalitatem mortis neutiquam inficiantur. Sed non sola divina revelatio eandem testatur, verum & Gentiles quicumq;, eadem cum omnibus mortalibus lege constricti, ipsam facillimè credidere. Vix reor opus esse, eorum ut adducantur testimonia. Quod si vero aliqua desiderentur, evolvamus Senecam Epist. XCIX, scribentem: *Omnes eadem conditio devinxit; cui nasci contingit, mori restat. Intervallis distingvitur, exitu æquamur.* Hoc quod inter primum diem & ultimum facit, varium, & incertum est. Si molestias æstimas, etiam puero longum: si velocitatem, etiam seni angustum. Nil non lubricum & fallax, & omni tempestate mobilis. Jaetantur cuncta, & in contrarium transeunt, jubente fortuna: & in tantâ volutatione rerum humanarum, nil cuiquam, nisi mors, certum. Et non minus verè quisquis fuerit Auctor Consolationis ad Liviam Augustam de morte Drusi Neronis, filii ejus, quam Ovidio dubiè adscribunt, v. 357. *qv.*

*Fata, ceenit, manent omnes, omnes expectat avarus*  
*Portitor: Et turba dix satis, una ratis*

A 2.

Vendi-



*Tendimus huc omnes: metam properamus ad unam.*

*Omnes sub leges mors vocat atra suas.*

Verum enim vero, numne actum haecenus egisse forte videbor, dum mortis univertalitem adstruxi? quã obnoxios teneri omnes, experientia testis locupletissima testatur. Ita est! quotidianis id edocemur exemplis, nunc Regum Principumve, nunc agrestium infimãq; fortis hominum; nunc virorum, nunc foeminarum; nunc senum, nunc juvenum, nunc tenellorum infantum; nunc divitum, nunc pauperum promiscuè efferru funera cernentes, sine dignitatis, sexus, ætatis, aliarumve conditionum discrimine ullo servato. Hinc itaq; eò magis mirari subit, tam impudentis ferreãq; frontis surrexisse homunciones, qui, contra divinam hanc veritatem, Gentilium testimoniis comprobata, quotidianã experientiã confirmatam, naturaliter fieri posse, ut homo immortalitate donaretur, asserere non erubuerunt. Refert Celeb. Tobias Pfannerus, quẽ Politicum ne dixerò majorem, an Philosophum, hæreo, in Theol. Gentil. Puriõr. Cap. XVII, §. 1. ex Galeno Leviñoq; Molkenio, Phllosoforum quendam fuisse, qui Librum de immortalitate comparandã compilaverit. Scd & Theophrastum Paracelsum ab Hobenhetm/alias Bombastum dictum, Medicum per fanatica, quæ sparsit, dogmata latis famosum, eò abiisse vesaniæ legere memini, quod, vitam reddi immortalem per cërta medicamenta posse, statuerit. Fides ei habenda quadantenus foret, si propriã in personã facto experimento, ad nostra saltem tempora usq; inter viventes seipsum conservasset. An vero Philosophum (quo titulo abs asseclis suis honoratus legitur) ter maximum ac utriusq; luminis naturæ & gratiæ Doctorem fidelissimum divinæ ordinationi quidquam asserere aut

aut conari aduersum decebat? Ita nimirum Deus voluit, ut omnes debitum naturæ solverent post perpatratum peccatum, quod primis humani generis parentibus in iisdemq; omnibus ipsorum posteris, si fructu arboris vetitæ illi vescerentur, comminatus, Gen. II. 17. & executioni dedit, Gen. III. 19. Idcirco mors *si pendium peccati* Paulo dicitur, Rom. VI. 23. *omnesq; ad homines mors pertransiit, quoniam omnes peccarunt*, ut iterum divinus ille scriptor loquitur, Rom. V. 12. Ea igitur, quæ perſuadere nobis Theophrastus voluit, ne cogitare quidem, salvâ verbi Divini auctoritate, homini Christiano licet. Fortè præ Paracelso plus excusationis mereri Chineses videri possunt, quos Trigautius Jesuita Cap. IX. de Expedit. Christianor. apud Sinenſes refert in eâ esse perſuasione, quod huic necessitati naturæ idoneis possit remediis resisti; eamq; opinionem ait Regni præfertim Pekinensis Procerum termè omnium animos ita occupasse, ut ei eradicandæ nulla esse argumenta videantur, quanquam ipsimet illi, neminem huc usq; inter te ab hoc universi lege exceptû deprehendi potuisse, confiteri habeant. Quæ igitur vesania, quod, Quæso! delirium est, id credere & expectare velle, quod nullo unquam exemplo probari, nullâ ratione evinci, nullo modo juxta naturæ cursum dari potest? Neutiquam nego & accelerari & repelli quodammodo mortem naturaliter posse. Non enim eandem absolutè & inmutabiliter, absq; omni causarum aut circumſtantiarum extra Deum respectu, decretam statuere audeo, tot eorum, quorum vel abbreviatus vel prolongatus legitur, vitæ terminus, occurrentibus in Scripturâ Sacrà exemplis: Ideò &, quæ conservatrix vitæ est, Medicinam ceu singulare supremi Numinis donum agnoscimus atq; celebramus. Ideo prudentissimus ille

ille Moralium Doctor Siracides Cap: XXXIIX. i. s. hoc  
dedit monitum: *Honora Medicum propter necessitatem: etenim  
eum creavit Altissimus. A Deo est enim omnis medela.* Et  
iterum v. ii. 13. *Da locum Medico: etenim illum Deus creavit:  
& non discedat à Te, quia opera eius sunt necessaria.* Est enim  
tempus, quando in manus illorum incurras. Attamen non  
tantum efficacæ tribuere Medicinæ ausim, quæ prorsus  
immortales efficere mortales natos valeat. Valet potius,  
imò ad finem usq; mundi valebit, quod in proverbio Ma-  
jores nostri dicere jam soliti fuere: *Contra vim mortis non  
est medicamen in botris.* Utinam, non iterum ego ve-  
ritatis hujus diciturii testis esse deberem! Nondum  
lapsam Vestrà G. H. memoriâ est, ante hæc tres  
vix dum elapsas hebdomades indictum à me bea-  
tâ in DEO FECTIÆ funus esse: at rursus nunc  
de morte commentari, & ad tumulum honora-  
tissimæ cujusdam in optimo ætatis suæ flore ex-  
tinctæ foeminae, Vos convocare rogatus sum. Scilicet,  
septimâ præsentis Mensis Novembris dies Inclytæ SI-  
BRANDIANÆ Domui funestâ exstitit, maritum PAO-  
re mellitissima, puerulos vix dum natos matre dulcissimâ  
orbatos reddens. Est enim eâ, quâ ex conspectu homi-  
num morte decessit Nobilissima Honestissimaque AN-  
NA REGINA nativitate SAHMIA, virtutibus fe-  
xus seqvioris, si quæ alia, ornatissima foemina, Conjux  
qvondam svavissima, nunc, eheu! & gderatissima Viri  
Prænobilissimi, Amplissimi & Excellentissimi, DN. JO-  
HANNIS HENRICI SIBRANDI, J. U. D. & in Aca-  
demiâ nostra Moralium Prof. Publ. Ordin: Celeberrimi,  
Amici & Collegæ nostri æstumatissimi. Merita sanè ea  
est, cujus originem vitamque laudibus dignam, prout  
consuetudo hujus loci fert, referamus, quò, quod imiten-  
tur

tur, exemplum alia habeant. Ut autem ejus ab origine originem relationis nostræ ducamus; edita in hanc mundum piè defuncta NOSTRA est Anno 1671. die 13. Aprilis inter horam septimam & octavam vespertinam, in celeberrimâ Musarum sede Regiomonto Borussorum. *Genitorem* agnovit Virum Nobilissimum, DN. BENE. DICTUM SAHMIUM, Serenissimi & Potentissimi Regis Boruffiæ ac Electoris Brandenburgici rerum veneticarum Secretarium. ad Superos ante Filiam translatum. *Matrem* venerata summo filialis observantiæ cultu est Nobilissimam & sui sexus virtutibus maximè conspicuam Matronam, ANNAM SYBILLAM ex Nobili & celebri Gente der von Blanckensfelden oriundam; cui ob excessum Filia charissimæ Summum Numen singulari solatio fit! quæ rariori exemplo tribus ejusdem muneris maritis nupta; Nimirum Primo, GOTHOFREDO HALBACHIO von der Pforten/ qui originem suam repetiit ex Generosâ profapia der Halbachen von der Pforten; Secundo, laudato jam BENEDICTO SAHMIO; Tertio, SYLVESTRO SYBRANDO, quem moestissimus Viduus noster Patrum suum atque Socerum, Parentis loco diligit & veneratur. Reliquos BEATÆ NOSTRÆ Majores quod attinet, *Avus Paternus* ei fuit Vir Spectatissimus Integerrimusque, DN ABRAHAMUS SAHMIUS, Civis Primarius & celebris Mercator apud Regiomontanos. *Avia Paterna* ei contigit Honestissima scœmina, REGINA SAHMIA, quæ per Divinam gratiam adhuc in vivis, Matrona octogenaria major, cui & in tristi dolore, quem ex inopinato dilectissimæ Neptis suæ obitu perferentiet, cœlestia solamina apprecamur. *Avus Maternus* B. SIBRANDIÆ nostræ extitit Vir Nobilissimus & Amplissimus, DN. GOTHOFREDUS BLANCKEN-

CKENFELDIUS, Serenissimi & Potentissimi Regis Bo-  
russiae ac Electoris Brandenburgensis Tabellionum Prae-  
fectus meritissimus. Ejus uxor NOSTRAEQ; adeo *Auia*  
*Materna* fuit Nobilissima & suo in sexu praelustris foemi-  
na, ANNA, Viri Nobilissimi & Amplissimi nominis,  
DN. CHRISTOPHORI Wintere von Sternfeld filia.  
Hisce Parentibus Avisqve, & nominis & virtutum & me-  
ritorum celebritate, fulgidissimis, pie functa ANNA RE-  
GINA nostra natales suos post DEUM debuit. Parum vero  
prodest ex Parentib<sup>9</sup> naldi, nisi, caelestis gratiae radius divi-  
niora semina ingerat. Id igitur dum advertere pii Paren-  
tes, recens natam suam per lavacrum regenerationis re-  
nasci curarunt, ut sponsa Christi fidelis vivumq; Ecclesiae  
ejus membrum existeret. Et ut a tenellae inde aetatis an-  
nis in timore DEI educaretur, omnem industriam, omnem  
vigilantiam, omnem laborem adhibuerunt. Laudanda in-  
primis virtuosissimae Genetricis cura venit, quae veras  
inter fictasqve foemineum sexum exornantes virtutes di-  
scernere optimè edocta, nilquidquam intermisit eorum,  
quae Filiam suam DEO, sanctis Angelis, bonisque omni-  
bus gratam reddere posse videbantur. Non enim cutem  
falso illinire medicamine, non genas purpurisso oculos-  
ve cerusâ pingere, non amatorios & ad inficiendum  
aptos libros legere eam edocuit. Omnis eò collimabat  
provida ejus cura, ut Nata sua DEUM & Salvatorem su-  
um rectè agnoscere, agnitum amare, amato adherere,  
atqve inservire ex totis animi viribus maturè disceret.  
Neqve frustra se impendisse curam optimae matri non-  
pejor Filia unquam querendi occasionem dedit. Lau-  
datissima quippe in verâ pietate fundamenta jecit, cujus  
rei illustria sanè in ultimi morbi agone specimina dedit.  
Sed nec ceteras, quae in mulieribus requiri solent virtu-  
tes

tes neglexit, quin & laboribus artibusve sexui suo convenientibus adsveta fuit & in iis probe exercitata. Quod quanto ipsi emolumento fuerit, posteaquam propria præesse domui ipsi contigerat, gratissimo nunquam non erga charissimam Matrem animo agnovit. Neque tamen Matri solùm se id debere confessa subinde est, verum & Vitrico suo, supra jamjam laudato eapropter non minus gratias tribuit multas maximasque. Quem Vitricum nomine quidem, re autem ipsa Patrem sese benevolum beneficumque erga ipsam exhibentem tenerrimo semper amore & plusquam filiali observantia ac veneratione profecuta est. Haud jam aliter fieri potuit, quam ut *Beata nostra* virtutum quotidie majora caperet incrementa, cui nec secularia animæ corporisque dona almarerum mater Natura denegaverat. Et hæc, ut cognita ea fatis superq; habebat atque perspecta, tuere, quæ supradicti Excellentissimi nunc DN. Vidui animum allegerunt, ut eandem matrimonio sibi jungi optaret, ratus, tum optimè omnium sibi consuli, si à Patrono, filii instar sediigente, sedulò educatam domum duceret, quæ spes ipsum minime sefellit aut frustrata est. Ambiit igitur eam, & ex cœlesti Divinæ providentiæ lege ea ipsi cessit. Consummatum dehinc per benedictionem sacerdotalem est hocce conjugium Anno proxime præterlapsi Seculi ultimo, post restauratam per Salvatorem salutem *millesimo septingentesimo*, Mensis Julii *vicesimâ sextâ* die. Concors istud matrimonium, nec prole vacuum ad hoc usque tempus suavissimè stetit. Conspexerunt enim in hoc statu Conjuges ac dilexerunt duos filiolos: JOHANNEM SYLVESTRUM & JOHANNEM HENRICUM, qui in ætate tenerâ, imò tenerrimâ constituti necdum quantum curæ, quantum sollicitudinis amiserint, cum Mater sibi decesserit, persentiscunt.

Ex quibus cum de vitâ *Beata Nostra* inter mortales ductâ, quantum nobis sufficit, constare potest, restat & discessum ejus ex hac mortalitate in immortalitatem adspiciamus. Causa ejus gravissimas, quo cum *Nostra* Consiſtendum, morbus erat, cujus causas incrementaq; Prænobilitiss. Experientiss. atq; Ampliss. DN. GEORGIUS DETHARDINGIUS, Med. D. ejusdemq; & Mathem. Super. P. P. Ord. Celebrerrimus, Collega & Affinis noster conjunctissimus, cujus consiliis & operâ, maximam post DEUM in eum fiduciam ponente DN. Viduo, utpote cujus dilectissimi sibi Cognati & felicitatem & sollicitam curam in suis suorumqve morbis curandis sapius expertus jam ante fuit, & nunc etiam deprædicat, usâ piè defuncta *Nostra* est, retulit. Referre eadem & nobis placet, iisdem planè ejus verbis rententis. Ita verò ille: *Morbus, quo Coarissima D. SIBRANDO & fidelissima Conjux pronuper eheu! defuncta est, jam in ultimo puerperio radices fecit, illo sanguine, qui excludi ritè scepit, non nisi tardissimo gressu abeunte, imò stimulo cogendo. Quamvis enim melius exia sese habere visa illa fuerit, statim tamen ac finitis puerperij diebus rerum domesticarum curas & onera in se suscepit, & huc illuc ambulando sanguini, ut citius per venas iret, imposuit, hic lentorem iterum prodere & spiritum liberiores intercipiendo fieri cepit gravior. Accessit, quod vias sperneret, sibi olim per Lunæ vices admodum familiares, exitum potius moliretur in in ipsis pulmonibus. Ad has ergo anomalias corrigendas manus medica fuit adnota, eò tendens, ut justo sanguini fluore reddito, viae paterent ordinariæ & salutaris, allata sunt ex fonte tum Chirurgico tum Pharmaceutico omnia, quæ illuc facere potuerunt, nec tandem non scopus, quo illa collimavit, obtentus est, eriburo Lunari decenrer soluto, ast impressa jamdum organis respirationis labes elui haud potuit; sed difficiliori indies magis magisque intercepto Spiritu, hæc Elegantissima & longiori vitâ dignissima Egrotæ efflavit placidissimè animam.* Hactenus Excellentissimi Medici verba, testantia, non esse in Medico semper releverit ut æger. *Nostra* autem, uti pietatem, ceu jamjam laudatum supra est, veram sinceramqve eidem instillaverat pientissima Mater; ita sensum morbi atqve doloris mortis omnia finientis nuncium agnovit, omnem impendens operam, omnes eò dirigens cogitationes meditationesve, ut

DEO

DEO unice placere possit, & cum Salvatore suo, sanctis Angelis  
omnibusque beatis animabus conjungi. In hisce tamen nihil pror-  
sus sibi, nihil propriis suis meritis aut pietati propriae tribuebat  
omni spe fiduciaque in gratiam & misericordiam DEI ut & dulcissimi  
Jesu sui meritum posita, ejus in doloribus solatium, in vulneribus  
salutem, in morte vitam quaerens. Etenim edocta optimè erat  
diligentissima Scripturarum sacrarum scrutatrix, nihil in negotio  
salutis merita nostra valere, sed id omne unico Salvatoris nostri  
merito adscribendum esse. *Justificamur namque gratis per illius (DEI)  
gratiam per redemptionem, quæ est in Christo. Jesu quem proposuit Deus  
propitiationem per fidem, interveniente ipsius sanguine ad ostensionem  
justitiæ suæ, propter remissionem præteritorum peccatorum;* Paulo  
scribente, Rom. III. 24. 25. Atque in verâ eâ vivâque in Christum  
fide ad ultimum usque vitæ suæ halitum constans perstitit permanitque;  
quam nec diaboli insidiae, nec mundi illecebræ, nec carnis in-  
citamenta eripere ei valuerunt. Non in ore solum, sed ipsis ipsius  
cordis interioribus gerèbat omni que meditabatur tempore illud  
Apocal. II. 10: *Esse fidelis usque ad mortem & dabo tibi coronam  
vitæ.* Eâ spe nixæ omnia eò tendebant vota, ut quam citissimè, pro  
voluntate divinâ, cui se totam subjecerat, ex hac miseriarum valle ad  
cælestium & nunquam terminandorum gaudiorum palatium trans-  
vehèretur. Desiderii tandem sui compos facta, cum ante octiduum  
hocce anima ejus ex corporis sui, quod hæcenus in habitaverit,  
ergastulo educeretur, postquam inter mortales versata fuerat  
XXX Annos. VI. Menses, III. Septimanas, & III. dies. Sicigitur  
defuncta ANNA REGINA SIBRANDIA in beatorum allec-  
collegium est, Spiritum reddens cælo, unde tantum pignus ei e-  
rat commissum; corpus relinqvens communi omnium nostrum ma-  
tri, ubi resurrectionem cumque animâ redunitonem expectabit,  
donec ad vivos mortuosque judicandos appariturus est, cui  
DEUS omne tradidit judicium, judex ille supremus, unicuique homi-  
num jura factorum daturus. Equidem brevis hæc nobis videtur  
vita & longiori digna BEATA NOSTRA judicabitur. Sed cogi-  
tantes quam variis in hoc sublunari mundo malis obnoxii homines  
vivamus, satis longam superque eam fuisse duceimus. Penste-  
mus modo, quod ipse Spiritus Dei de citâ sibi placentium morte  
judicium




iudicium tulit per Prophetam suum Esaiam Cap. LVII. 1. 2. *A facie enim malitia collectus est justus: veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulavit in directione sua.* Veruntamen ea est humani affectus imbecillitas, ut non æquo semper animo nostrorum à nobis discessum perferamus. Non ergo mirum, quod, SIBRANDIANAM quando adspicimus inclytam domum, omnia in eadem tristitia, gemitibus, lachrymis, planctibus repleta hodie cernimus. Maritus enim Conjugem desideratissimam, filii infantuli Matrem dulcissimam, Parentes Filiam exoptatissimam, reliqui live consanguinitatis sive affinitatis vinculo juncti Amicam ivatissimam desent. Et quicumque verarum in sexu muliebri virtutum ætimatorum existunt, aut Fulgidissimæ Familiæ SIBRANDIANÆ de Roseto nostro & cumprimis florente in eadem Universitate longè meritisimæ benè cupiunt, non contristari non possunt. Horum numero & ego accedo, non immemor vivens DN. Vidui B. Parentis, quo Præceptore usus olim sum, in me meritorum; nec beneficiorum, quæ cum quondam in Academiâ Regiomontanâ literis operam navabam, abs *Beate Nostræ* Parentibus in me multa profecta sunt. Doleo sanè me nunc triste hoc officiorum genus ipsis præstare teneri, qui, si DEO visum ita fuisset, in quacunque aliâ latiori causâ summâ cum animi voluptate quidquid sperari à me & proficisci potest ipsis exhibuissem. Sed fatis ita hac vice jubentibus, quod invitus alias fecissem, expedire debui. Sit modo Deus, unicus ille verus solaminum fons, afflictis solatio. Soletur ille Viduum moestissimum, confirmet eum in fiducia illa, divinam voluntatem semper salutarem esse, semper optimam. Faxit, tenerrima B. N. germina in splendida propaginis spem, gaudium, honorem, sine vitæ sortisque dispendio, adolescant. Velit omnes, quos propius acerbus hicce attingit casus, in voluntate suâ placidè acquiescant, pensitantes præville SIBRANDIAM nostram, quorsum nos omnes eam sequi oportet. Ne autem, CIVES OPTIMI! quantum in nobis est, quidquam intermittamus, quod solatii aliquid afferre moestis posse videtur, agite, Quæso! & exequias hodiernas frequentes irote! Sic enim homines Vos esse declarantes officia humanitatis homini præstabit. P. P. Sub Sigillo Rectoratus  
 d. 14. Novembr. Anno 1704.

Conventus erit in Æ de Jacobæa horâ Ima, Pomerid.

*de familia Sandfagen, vid. supra Progr. sub num. 21. et sequens hic sub num. 83.*










CKENFELDIUS, Serenissimi & Potenti  
ruffiæ ac Electoris Brandenburgensis Ta  
fectus meritissimus. Ejus uxor NOSTR  
*Materna* fuit Nobilissima & suo in sexu p  
na, ANNA, Viri Nobilissimi & Amp  
DN. CHRISTOPHORI Bintets von C  
Hisce Parentibus Avisqve, & nominis &  
ritorum celebritate fulgidissimis, pie fund  
GINA nostra natales suos post DEum deb  
prodest ex Parentib<sup>9</sup> nati, nisi, cœlestis gra  
niora femina ingerat. Id igitur dum adve  
tes, recens natam suam per lavacrum re  
nasci curarunt, ut sponsa Christi fidelis vi  
ejus membrum existeret. Et ut à tenellæ  
nis in timore DEI educaretur, omnem indu  
vigilantiam, omnem laborem adhibuerunt  
primis virtuosissimæ Genetricis cura ver  
inter fictasqve fœmineum sexum exorna  
scernere optimè edocta, nilquidquam int  
quæ Filiam suam DEO, sanctis Angelis, b  
bus gratam reddere posse videbantur. N  
falso illinire medicamine, non genas pur  
ve cerusâ pingere, non amatorios & a  
aptos libros legere eam edocuit. Omnis  
provida ejuscara, ut Nata sua DEum &  
um rectè agnoscere, agnitum samare, am  
atqve infervire ex totis animi viribus n  
Neqve frustra se impendisse curam optin  
pejor Filia unquam querendi occasionem  
datissima quippe in verâ pietate fundame  
rei illustria sanè in ultimi morbi agone sp  
Sed nec ceteras, quæ in mulieribus requi

Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxymaster.com

Vierfarbselector Standard - Euroskala Offset



tes neglexit, quin & laboribus artibusve sexui suo con-  
 venientibus adveta fuit & iniis probe exercitata. Quod  
 quanto ipsi emolumento fuerit, posteaquam propria  
 praesse domui ipsi contigerat, gratissimo nunquam non  
 erga charissimam Matrem animo agnovit. Neque ta-  
 men Matri solum se id debere confessa subinde est, verum  
 & Vitrico suo, supra jamjam laudato eapropter non mi-  
 nus gratias tribuit multas maximasque. Quem Vitri-  
 cum nomine quidem, re autem ipsa Patrem sese benevo-  
 lum beneficumque ipsam exhibentem tenerrimo  
 semper amore & filiali observantia ac venera-  
 tione prosecutus, tam aliter fieri potuit, quam  
 ut Beata die majora caperet incre-  
 menta corporisqve dona alma.

Et hæc, ut cognita  
 facta, tuere, quæ su-  
 adui animum allexe-  
 retaret, ratus, tum  
 filii instar se  
 et, quæ spes i-  
 ambiit igitur eam,  
 ceæ ipsi cessit. Con-  
 monem sacerdotalem est  
 xime præterlapsi Seculi ulti-  
 salvatorem salutem *millesimo se-*  
*ptimo Julii vicesimâ sextâ die.* Concors  
 istuo, nec prole vacuum ad hoc usque tem-  
 pus fuisse stetit. Conspexerunt enim in hoc statu  
 Conjuges ac dilexerunt duos filiolos: JOHANNEM  
 SYLVESTRUM & JOHANNEM HEN-  
 RICUM, qui in ætate tenerâ, imò tenerrimâ con-  
 stituti necdum quantum curæ, quantum sollicitudinis  
 amiserint, cum Mater sibi decesserit, persentiscunt.



B

F